Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b28758237

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark

1) DEUTSCH, C.F.
2) TURNBULL, W.

XVIII 6

DE

GRAVIDITATE ABDOMINALI, SINGULARI OBSERVATIONE AD TAB. IV. AENEAS ILLUSTRATA,

CUM

QUIBUSDAM AD HISTORIAM LITTERARIAM ADDITAMENTIS, HUC FACIENTIBUS,

---

CONSENSU

ILLUSTRIS MEDICORUM ORDINIS

IN ALMA FRIDERICIANA

PRO

SUMMIS IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORIBUS,

SOLEMNITER CAPESSENDIS,

DIE X. NOVEMBR. M. DCC. XCII,

PUBLICE DISSERET

CHRIST. FRIDERICUS DEUTSCH,

FRANCOFURTO - MESOMARCHICUS.

HALAE,

LITTERIS FRID. GUIL. MICHAELIS.

MEDICAL ... Establ. 1773 CHANDOS ST. CAVENDISH

VIRO

PERILLUSTRI AC GENEROSISSIMO,

DOMINO

CAR. CHRISTOPHORO DE HOFFMANN,

ACADEMIAE FRIDERICIANAE CANCELLARIO,

AUGUSTISSIMO BORUSSORUM REGI A CONSILIIS INTIMIS,

SERENISSIMO PRINCIPI BORUSSORUM

HENRICO

A REGIMINE CURIAE, QUAE RES CAMERALES DIRIGIT, DYNASTAE

IN DIESKAU ET BRUCKDORF,

PATRONO ET MAECENATI

SUO LONGE GRATIOSISSIMO:

NEC NON

VIRO

ILLUSTRISSIMO, EXCELLENTISSIMO,

DOCTISSIMO,

DOMINO

PHILIPPO FRIDERICO MECKEL,

MED. DOCT. PROF. PUBL. ORDIN. IN ACADEM. FRIDER.
INSTIT. REG. CLINICI CHIRURG. DIRECTORI, CIRCUL. SALIC.
ET COMIT. MANSFELD. PHYSICO.

FAUTORI, PRAECEPTORI ET PROMOTORI

SUMME VENERANDO:

ITEM

VIRO

ILLUSTRISSIMO, PRAENOBILISSIMO,

DOMINO

CHRIST. WILH. DEUTSCH,

REGI BORUSSIAE A CONSILIIS BELLICIS,

DYNASTAE IN GRAVENTIN, LEISSEN, PIESKEIM, GOERNEN ET VONDITTEN,

PATRUO DILECTISSIMO,

OMNI PIETATE SEMPER COLENDO:

DEMUM

§. I.

Quod colluſtratio Pictori, quod harmonia Muſico, id verba ſunt cogitanti: Quo accuratior itaque ſum in eligendis verbis, ne ideas diverſas eodem nomine deſignem; eo minus, erroneum percipiendi occaſio orietur. Praecipue meum eſt, ita exacte agere, ſi agam, de materia, quae ipſa ima adhuc nocte ſepulta eſt, de qua adeo Hallerus [a]) dicit: difficillimum aggredior laborem et exitum vix promitto, qui lectori ſatisfaciat. Galenus [b]) itaque quam maxime vere loquitur, dum ſcribit: Tametſi exile videatur, nominum ſignificatu probe diſtinguere, attamen maximum habere momentum et facultatem ad rerum cognitionem deprehenditur.

§. II.

Multi jam antea intellexere, denominationem conceptionis abdominalis in Ideam non quadrare, quam huic conjunctam eſſe volumus; itaque verba alia elegerunt. Bianchi [c]) uſus eſt verbo graviditatis loco verbi conceptionis. Josephi [d]) receptionis et alii, uti amicus Weinknecht [e]), quia et haec non ſatis electa illis erant, antiquum nomen retinuere. Quod me attinet, videntur mihi hoc caſu duo verba una pro actione in uſum vocata fuiſſe. Primo, a parte mulieris, conceptio nil aliud poteſt ſignificare, niſi foecundantis ſeminis virilis acceptionem [f]), fortaſſe ut mulier in procreando novo homine magis agens, quam ſolummodo patiens, denotaretur. Et ipſe Galenus [g]) forſan ad hoc intendere volui his verbis: immo etiam mihi hoc ipſum, quod dicunt, concipere ſemen, et nomen hoc, conceptio, id eſt, comprehenſio a mulieribus fuiſſe

[a]) Phyſiol. T. VIII. p. 1.

[b]) De ſimpl. med. facult. 3. 12.

[c]) De naturali in h. c. vitioſa morboſaque generatione. Genevae 1741. 8.

[d]) De conceptione abdominali vulgo ſic dicta. Goett. 1784. 4.

[e]) In Diſſert. de conceptione extra uterina. 1791. 4. Halae.

[f]) Cf. Boehmer obſ. anat. rar. p. 29. §. 2. Conceptio quum in genere ovi denotet foecundationem, ita humana in ſpecie illum indicat actum, quo ovum humanum foecundum redditur.

[g]) De ſem. lib. 1. c. 2. B.

fuiſſe impoſitum videtur. Secundum, quod in mente habeo, nomen foecundatio viri contra actionem denotat. Utraque ſimul ſumpta nil aliud offerunt, niſi momentum, quo animans ſemen virile uterum pervadit, atque a tubis ad ovarium promovetur, ut germen futuri homunculi e ſomno ſuo excitet ipſumque in locum, incremento ſuo dicatum, ducatur. Triplicem hic videmus actionem: foecundationem a mare, conceptionem a feminae tubis et ovario, quarum conſequentia generatio eſt [h]). Sic vir foecundat; mulier concipit; generato inde novo individuo, oritur nova periodus receptionis. Ovarium (ubi tamen magis retentio denominari deberet) aut tubae aut uterus aut denique abdomen in ſuis cavis ovulum foecundatum recipiunt idque in majorem perfectionem excolunt, ſecundum leges nobis ignotas et per vires easque non ſatis compertas (vim forſan plaſticam, Bildungstrieb). Inde periodus nova naſcitur: illa graviditatis. Hinc conceptio nec abdominalis nec tubaria nec etiam uterina datur, ſed ovario unice reſervatur, non cum ejus graviditate confundenda. Mallem itaque, cum Bianchi [i]) ibi nomine graviditatis uti, ubi huc usque quisque nomen conceptionis adhibuit, at nomini huic ſolummodo attributam definitam et ſupra laudatam virtutem adſcribere. Etiam Baudelocquius [k]) probat uſum hunc loquendi dicens: Unter Schwangerſchaft verſteht man den Zuſtand, worin ſich eine Frau, wenn ſie empfangen hat, befindet, und welcher von dem erſten Augenblick der Empfängniſs bis zur Geburt dauert. Si tibi haec denominatio nimis ampla et generalis videatur; nimis nova vero et ſingularis ea, quam receptionem dixi, magis forſan placet nomen incubationis: hoc enim quaſi naturam magis activam, verbum vero graviditatis paſſivam magis depingit. Incubatio itaque eſſet aſſervatio, efformatio et nutritio foecundati ovuli. Plinius, Columella et Varro quidem nomine hoc ſolummodo de pullis avium et apum uſi ſunt, ſed mea ſententia non minus id aptum invenio ad deſignandam nutritionem et perfectionem ovuli humani, quam pullorum, immo etiam diſtinctius et preſſius loqueris hoc vocabulo utens, quam alio quocunque.

§. III.

[h]) Cf. Bianchi de naturali in h. c. vitioſa morboſaque generatione. Genevae 1741. 8. p. 6. Generatio actio eſt, qua corpus organicum, propria adhuc vita deſtitutum, et alio jam vivente incluſum, ab eodem ſolvitur atque explicatur, ut motus vitae proprios exerceat.

[i]) L. c. pag. 6.

[k]) In libro de Arte obſtetricia, edito cura Cl. Meckelii Praeceptoris, dum vivo, venerandi. T. I. p. 247.

§. III.

Diverſas de conceptione hypotheſes miſſas facio: plura de hac re invenies in Halleri Elem. Phyſ. et alibi.

§. IV.

Diviſio graviditatis in naturalem ſ. uterinam et praeternaturalem ſ. extra-uterinam ejusque explicatio notiores ſunt, quam ut ex ſcriptis aliorum allegentur. Praecipue evolvantur ſcripta Cl. Boehmeri, Josephi, Weinknechtii. Triplici poſita diverſa graviditate praeternaturali, ſcilicet illa ovariorum, tubarum et abdominis, de ultima dicere conſtitui.

§. V.

Nova et inaudita circa rem, plurimis exemplis comprobatam, qualis graviditas abdominalis eſt, hic nemo exſpectabit. Occaſione tantum, a Praeceptore ſumma pietate colendo, oblata utor, quatenus caſum, a Beato ejus Patre obſervatum, exacte tam deſcriptione quam typis a natura deſumptis notatum, cujus monumentum adhuc inter praeparata Filii aſſervatur et a corruptione defenditur, in hoc libello publici juris facio; collectis ſimul hinc illinc ſparſis ad rem facientibus obſervationibus; additis quoque his illisve circa diagnoſin et exitum nec non therapiam mali; perſtricta demum breviter ſectione caeſarea ad ſervandam foetus vel matris vitam, omnino nonnunquam impetrandam.

§. VI.

OBSERVATIO.

Promiſſis ut ſatisfaciam, praeprimis Obſervationem, a B. Meckelio calamo exceptam, trado.

HISTORIA MORBI.

Anna Barbara Kannerken, quadraginta annos nata, militis ex cohorte equeſtri uxor, plurium jam antea infantum mater, undecimo ante obitum ſuum menſe, ſigna graviditatis ab irritatione nervorum, qualia primis geſtationis temporibus plurimis gravidis ſubvenire ſolent, nauſeam nempe, vomitum &c. percepit, menſtruis tamen adhuc, quamvis parce, fluentibus. Primum graviditatis ſuae tempus Stettini degerat, ubi militiae Cohors iſta, ex cujus numero maritus erat, praeſidia ſua ſtatica habuit; ultimis

 tantum

tantum menſibus graviditatis ac vitae ſuae, morbo et corporis ſui oneroſa debilitate Berolini detenta, iter ſuum ad maritum in caſtra interrumpere cogebatur. Quae durante graviditate ipſi acciderint, ſecundum litteras, ab amico eximie docto, et practico, dum vixit, feliciſſimo Stettinenſi, Rhades, ſub 16. Martii A. 1759 datas, eo redeunt: miſeram amicis ſaepius triſtem graviditatis ſuae ſtatum ploraſſe, ſenſumque plane diverſum a praecedentibus graviditatibus ſe percipere atque hinc certiſſime ſibi moriendum fore, doluiſſe. Molem infantis, motu ſuo perquam moleſti et abdomen, ultra naturales terminos expandentis, ulterius ſe ſuſtinere non poſſe, aſſeruit. Tempore graviditatis quartana febre laboraverat, qua a cohortis chirurgo curata, cachecticum habitum cum pedum oedematoſo tumore ſervavit. Appropinquante nono graviditatis menſe, obſtetrices ad ſe plures acceſivit, quae tamen miſeram fatis ſuis reliquere cum triſti effato, nullam ad partum in uterino ore diſpoſitionem, nullam praeparationem nullaque ſigna partus inveniri. His non obſtantibus iter ad maritum aggreſſa eſt; hoc tamen Stettino inde ad caſtra integrum abſolvere non valens, Berolini remanſit, oedemate pedum, tumore abdominis aſcitico et febre lenta laborans. In Noſocomium, a Charitate dictum, delata, edixit: Se undecimum graviditatis menſem agere; abdominis vero tumorem Stettini adeo ſibi auctum atque moleſtiſſimum factum fuiſſe, ut nec convertere ſeſe in lecto, nec niſi faſciis molem ventris ſuſtinere potuerit. Nullam ſe, toto graviditatis tempore, praeter molem abdominis auctam ac motus infantis, externe ſentiendi, ac per integumenta abdominis ex tumoribus inſignibus conſpiciendi mutationem ſenſiſſe; motum vero ipſum ſex vel ſeptem ſeptimanas ante ingreſſum in noſocomium Berolinenſe ceſſaſſe. Uteri orificium exploranti nullum graviditatis ſignum praebuit. Septimo ab ingreſſu in noſocomium die, ob ſuffocationis metum, ad educendam ex abdomine aquam paracentheſis inſtituta eſt, cujus ope viginti ſeptem librae fluidi foetidiſſimi atro-fuſci eductae fuerunt. Solatium quidem ex ſymptomatis antedicti per paracentheſin levamine habuit aegra; ſed cauſſa morbi obſcura aeque ac intacta remanente, ſexto a paracentheſi die, lenta febre, vires vitae magis magisque depaſcente, vitam cum morte mutavit, ejusque cadaver inſequente die, quae erat 18va Menſis Novembris anni 1758, ad theatrum Anatomicum Berolinenſe delatum fuit.

§. VII.

§. VII.

SECTIO CADAVERIS ET EXPOSITIO EORUM, QUAE PER VARIAS ANATOMICAS ADMINISTRATIONES NOTATU DIGNA SESE MANIFESTARUNT ET TABULARUM AENEARUM OPE IN FINE LIBELLI NOTANTUR.

Venter defunctae noſtrae turgidus in ſiniſtro latere durum corpus continebat, extus facile tactu dignoſcendum. Aperto abdomine, per vulnus nunc inflictum octo librae liquidi ſanguinolenti effluxere, aëre ſimul per idem erumpente, quem putredo et ſub paracentheſi abdominis incedens aër generaverant. Muſculis abdominalibus cum peritonaeo ſectione cruciata remotis [l]) mirando ſane ſpectaculo apparuit foetus [m]), transverſim in cavitate abdominis ſitus, ita ut capite [n]) ſiniſtram, natibus [o]) vero dextram abdominis regionem Iliacam, muſculis clauſam, tangeret. Explevit ſimul omnem abdominis cavitatem ab epigaſtrio inde ad usque tumorem ovarii dextri [p]), inferius extra pelvim in abdominis cavum protuberantem ac hypogaſtrium verſus dextram imprimis expandentem. Nullum viſcus praeter hepar, cum peritonaeo, admodum inſpiſſato, tam in regione epigaſtrica, quam ſub diaphragmate cohaerens, margine ejus acuto a dextro ad ſiniſtrum lobum, absque fiſſura umbilicali continuo viſui ſeſe obtulit [q]); inteſtini jejuni pars [r]) ac inteſtini Coli partis in flexu Lienali [s]) portio tantum conſpici poterat. Inferius apparebat inteſtini recti portiuncula [t]) a tumore ovarii extrorſum ſiniſtram verſus preſſa. Superior inteſtini coli pars ſphacelo defoedata, Jejunum vero praeter modum tumens et ſubſtantia ſua incraſſatis parietibus inſigne erat. Foetus ipſius caput magnum erat, molle ac hydrocephalo externo ſimile; cutis ejus laxa et plurimis plicis, liquido ſeroſo turgidis, foedata [u]) pro-

fundior

[l]) Fig. I. Litt. AA. BB.

[m]) Fig. I. Litt. G ad W.

[n]) Fig. I. Litt. G. I. K. L. M.

[o]) Fig. I. Litt. R. et S.

[p]) Fig. I. Litt. Z. Z.

[q]) Fig. I. Litt. C.

[r]) Fig. I Litt. D. D.

[s]) Fig. I. Litt. E. E.

[t]) Fig. I. Litt. F.

[u]) Fig. I. Litt. G. H. I. K. L. M.

fundior horum ſulcorum frontem a facie ſeparatam quaſi ſimulabat [x]). Eadem ratione dorſi cutis craſſa, plicata ac ſebo albo hinc inde obducta erat, adeo laxe circa oſſa trunci ac dorſi haerebat, ut haec per craſſam cutem vix tangi potuerint. Facies foetus tumida inferiora verſus ſpectabat et ſiniſtri oſſis Ilium cavitatem explebat. Pectus et abdomen foetus [y]) ovarii tumori immediate accumbebant. A ſcapula dextra [z]) deſcendens humerus dexter [a]) ſuperiori parti tumoris ab ovario effecti anterius transverſim adjacebat, antibrachio et manu ejusdem lateris tumoris hujus dextrae regioni appoſitis. Femur dextrum [b]) a nate ſua collapſa et plicata [c]) oblique introrſum verſus abdomen flectebatur. Inter hos artus funiculus umbilicalis, ex foetus abdomine egreſſus, retro thoracem et caput foetus procedens, in ſiniſtro latere, inter foetus caput et inteſtinum rectum conſpicuus [d]) inde vero pone ovarii tumorem continuus femur inter et manum dextram apparuit [e]). Craſſitudine hic funiculus naturalem pene ſuperabat, ſubſtantiae vero et coloris erat a naturali non diverſi. Inter manum et femur foetus dextrum membrana ſe obtulit, armillae in modum carpum dextrum obvolvens, irregulariter plicata, chorio non abſimilis, peritonaeo agglutinata eis in locis, quae in dextra et ſuperiori peritonaei parte conſpiciuntur [f]). Foetus natium dextra [g]), antrorſum eminens, ſanguineo liquido turgidam obtulit ab epidermide effectam veſicam. Epidermis variis in locis e. g. abdomine, dorſo, manu [h]) ſeparata conſpiciebatur. Superficiei vero cutis foetus variis in locis inſperſae apparebant pinguedinis portiunculae [i]) a portiunculis [k]) membranae chorii ſimilibus plane diverſae.

§. VIII.

[x]) Fig. I. Litt. K.

[y]) Fig. I. Litt. V. U.

[z]) Fig. I. Litt. O.

[a]) Fig. I. Litt. W.

[b]) Fig. I. Litt. T.

[c]) Fig. I. Litt. S.

[d]) Fig. I. Litt. X.

[e]) Fig. I. Litt. Y. Y.

[f]) Fig. I. Litt. d. a. a.

[g]) Fig. I. Litt. G.

[h]) Fig. I. Litt. f. f.

[i]) Fig. I. Litt. e. e.

[k]) Fig. I. Litt. c.

§. VIII.

Sub foetu pelvim verſus, ab umbilicalis regionis infima parte inde totum hypogaſtrium opplens apparuit, magis tamen in dextrum quam in ſiniſtrum latus inclinatus, ex pelvi eminens tumor rotundus, ſpecie carnoſus, mollis, coloris atro-rubentis [l]); vaſis albedine ſeſe diſtinguentibus [m]), membrana glabra et laevi una cum tota tumoris ſuperficie obductis, in ſuperficie externa pictus et obtectus erat. Omnem hic ſub foetu abdominis cavitatem opplebat, ut praeter illum nulla alia pars in conſpectum prodire potuerit. Ipſi tumori ut et peritonaei ſuperficiei ſpiſſa, alba, purulenta omnino materies, facile ſeparabilis adhaerebat [n]). Moleſtus hic omnino tumor feminae, dum adhuc inter vivas erat, difficili mantilium faſciarumque ope ſuſtineri potuerat; dextram verſus, uti nunc, ſic durante vita inclinabatur.

§. IX.

Dimoto paullum et ſublevato tumore ovarii, pes dexter, femori (Fig. I. Litt. T.) continuus una cum crure compreſſus, retro tumorem ita ſitus erat, ut calcaneus criſtam oſſis ilium dextri adtingeret, digitis pedis extrorſum directis, planta vero antrorſum verſus tumorem converſa, uti in foetu ex ſitu ſuo dimoto, pedis haec dextri incurvatio in Figura ſecunda apparet. Praeter hanc incurvationem, quam tumor ovarii preſſione ſua effecerat, tantam ſimul effecit totius extremitatis diſtorſionem, ut genu extrorſum, ſura vero introrſum converſa fuerit. Circa femur hoc dextrum funiculus umbilicalis [o]) ita convolutus fuit, ut ab hoc inde loco tumorem ovarii, cui implantabatur, adiret. Pes alter, ſiniſter, levato paullulum foetu, ſupra primum eum obtinuerat ſitum, ut planta antrorſum, genu verſus hepar inter inteſtina poneretur, digitis verſus inferiora, calcaneo ſurſum, ſura vero antrorſum vergente.

Bracchium ſiniſtrum foetus ſub abdomine ejus inter matris inteſtina ita delituit, ut palma manus verſus foetus corpus reſpiciens genitalia et anum tangeret, dorſo ejus matris inteſtinis accumbente, digitis hujus manus ſurae ſiniſtri pedis obverſis. Funis vero umbilicalis, ex foetus abdomine egreſſus, trans meſenterium et inteſtina matris ſiniſtrorſum ductus

[l]) Fig. I. Litt. Z. Z.

[m]) Fig. I. Litt. G. G.

[n]) Non immerito judicamus, hanc fuiſſe cruſtam ſic dictam inflammatoriam, lympham inſpiſſatam, quae et e peritonaeo, inflammatione correpto, incraſſato exſudaverat.

[o]) Fig. I. Litt. Y. Y.

ctus ac juxta manum ſiniſtram verſus dextrum pedem reflexus, dextrorſum ultimo vergit. Remoto ex ſitu ſuo foetu, funiculi umbilicalis craſſities naturalis, longitudo quindecim pollicum apparebat; in tumorem praeternaturalem ita ferebatur, ut initio et apici magni tumoris ejusque ſuperficiei ſuperiori adhaereret et dextrorſum quidem, uti per Fig. ſecundam patet.

§. X.

Inteſtina tenuia matris (Fig. II. Litt. E. F.) magis conſpicua, compreſſa retro foetum jacebant, in tunicis ſuis maxime ratione ſubſtantiae, incraſſata. Colon transverſum [p]) a dextris ſub hepate ſiniſtrorſum lienem verſus pergens, peritonaeo per ligamenta praeternaturalia adhaerebat. Magis tamen naturali colore colon, cum inteſtinis tenuibus ſupra foetum ſitis gaudebat; illis contra, quibus incumbebat foetus, nigro ſphaceli colore defoedatis. Tumore ovarii ſublevato ac a dextris reclinato, inteſtinum vermiforme [q]) illi adhaeſit; coeco inteſtino [r]), cui genu foetus dextrum ſuperimpoſitum fuerat, ſub inteſtino tenui in hac regione emergente.

§. XI.

Hactenus dicta quum absque ullo adminiculo anatomico praeter diſſectionem parietis abdominis anterioris, perluſtrari potuerint, nil ultro actum fuit; cera tunc vero rubra arteriae matris, viridi vero ejusdem venae per artem turgidae factae ſunt; eaque repletio vaſorum utriusque generis poſtquam votis ceſſerat, diſſectionis ope in vaſorum diſtributionem et reliquarum tam naturalium quam praeternaturalium partium habitum inquiſitum eſt. Sequentia tunc ſeſe obtulere: Uteri ſtatus cum hucdum in totum latuerit, is primus inquiſitionis fons evaſit. Apparuit autem naturalis figurae et magnitudinis [s]) a tumore ovarii in pelvis fundum ſiniſtrorſum depreſſus. Structura ejus, nequaquam ita mutata, uti in graviditate accidere ſolet, ſatis ſuperque docebat, nullum illi cum hoc foetu, durante graviditate, commercium fuiſſe. Corporis enim ejus cavitas triangularis, vix globoſa, a naturali feminae, quae partus jam, uti noſtra, plures edidit, plane non differebat, uti per Fig. IV. Litt. A. optime patet, fundo ejus [t]), inter tubas [u]) leviter, uti ſolet, convexo, ſuper-

[p]) Fig. II. Litt. K. K.

[q]) Fig. II. Litt. e.

[r]) Fig. II. Litt. H.

[s]) Fig. III. Litt. F. G. H. praeſertim vero. Fig. IV. Litt. A. Fig. V. Litt. A. B. C. D.

[t]) Eig. IV. Litt. δ. δ.

[u]) Fig. IV. Litt. D. B.

ſuperficie anteriori [x]) magis prominente, ſuperficie poſteriori vero concava [y]) et incurvata a preſſione tumoris adjacentis ovarii. Cervix uteri elongata ac cylindrum, magis quam in ſtatu naturali compreſſum, referens [z]) inter veſicam urinariam [a]) et inteſtinum rectum [b]) retrorſum oblique ab utero deſcendit, orificio parum prominente, a partubus praegreſſis dilatato [c]), in vaginam aperto. Ipſa vagina [d]) a partubus praegreſſis expanſa, intus rugis fere omnibus deſtituta ac explanata, ſuperne in vicinia locum obtulit, cicatricis habitum prae ſe ferentem [e]), ſecundarium quaſi uteri minus orificium mentientem. Subſtantia uteri, in fundo craſſior [f]), firma, vaſis ſanguiferis pertexta, in latere corporis uteri ejusdem habitus, ſuperne craſſior ac plurimis vaſis inſtructa, inferius verſus collum denſior et magis ſtipata [g]), tenuior circa tubum Fallopianae tubae, ex utero verſus ovarium dextrum continuata [h]), cavum uteri triangulare [i]) magnitudinis naturalis et minime a graviditate dilatatum, incluſit. Ex hoc cavo procedebat anguſtiori orificio [k]), alveo dein latiori [l]), tubae dextrae canalis, ſubſtantia craſſiori inſtructus et ad ovarium dilatatum [m]) protractus ejusque ſubſtantia fibris ſuis agglutinatus quaſi, in loco, Litt. P. Fig. V. notato, *deſiit.* Cavitas cervicis vero tubum longiorem, cylindrum compreſſum referentem, uteri cavitatem, longitudine ſuperantem, uteri cavum verſus, ubi orificium uteri internum ab

Anato-

[x]) Fig. III. Litt. F. Fig. IV. Litt. A.

[y]) Fig. III. Litt. G.

[z]) Fig. III. Litt. K. L. Fig. IV. Litt. B. Fig. V. Litt. F. G. K. L.

[a]) Fig. III. Litt. R. Fig. IV. Litt. q.

[b]) Fig. III. Litt. T.

[c]) Fig. IV. Litt. C. Fig. V. Litt. a.

[d]) Fig. III. Litt. M. Fig. IV. Litt. r. Fig. V. Litt. M.

[e]) Fig. IV. Litt. t.

[f]) Fig. V. Litt. A.

[g]) Fig. V. Litt. D. D.

[h]) Fig. V. Litt. O. O.

[i]) Fig. V. Litt. H. J.

[k]) Fig. V. Litt. C.

[l]) Fig. V. Litt. d.

[m]) Fig. V. Litt. Q.

Anatomicis ſtatuitur, anguſtiorem [n]) inferius verſus orificium uteri externum magis dilatatum [o]) ellypticum, effecit. Ejus facies interna, ut in ſtatu non impraegnato, rugoſa erat [p]). Efficiebat eum vero ſubſtantia denſa, illam uteri firmitate ſuperans, calloſa quaſi, ac albeſcens [q]). Ipſa vagina, ex partubus praegreſſis ampliter dilatata ac membranacea facta fuit [r]), partibus ejus externis, quae veſtibulum efficiunt, aeque laxis ac extenſis [s]). Ovarium ſiniſtrum [t]) cum tuba Fallopii hujus lateris [u]) ac vaſis has partes adeuntibus [x]) a naturali ſtatu non deflexit, niſi eo, quod ovarium in teretem magis figuram elongatum, et dilatatis magis et plexuoſis venis ornaretur.

§. XII.

Per disquiſitionem partium hucdum factam elucebat, non tantas earum fuiſſe mutationes, quantae in tumore, prae reliquis oculos feriente, adhuc exſpectari poterant. Maxima hinc cura tam in tumoris hujus, quam in vaſorum eum adeuntium ex eoque prodeuntium habitum, naturam et diſtributionem animum et oculos convertere, cum rei dignitate conveniebat. Habes hinc recenſionem eorum, quae circa tumorem didicimus.

Eum revera ab ovario dextro dilatato effectum, non vero tubam hujus lateris eſſe, patet ex ſequentibus: Tuba Fallopii dextra [y]) ex ſinu cavitatis uteri dextro exiens, incurvato tractu verſus tumorem producta fuit, ſuperficiei tumoris inferiori [z]), ſupra plexum vaſorum ſpermaticorum, ad ovarium pergentium, admodum dilatatorum [a]) agglutinata. Immiſſo ab orificio uterino hujus tubae inde ſtilo argenteo, emerſit, poſtquam per duorum

[n]) Fig. V. Litt. I.

[o]) Fig. V. Litt. a. a.

[p]) Fig. V. Litt. K. K. L. L.

[q]) Fig. V. Litt. F. F. G. G.

[r]) Fig. IV. Litt. s. s. Fig. V. Litt. b.

[s]) Fig. IV. Litt. v. w. x. y.

[t]) Fig. IV. Litt. γ.

[u]) Fig. IV. Litt. β.

[x]) Fig. IV. Litt. ε. ζ η. ϑ. ι.

[y]) Fig. IV. Litt. D. Fig. V. Litt. c. d.

[z]) Fig. IV. Litt. E.

[a]) Fig. IV. Litt. Δ. E. Z. H. Θ. I. K. Fig. III. Litt. ο. π. ρ. σ. ι.

rum circiter pollicum longitudinem tubae cavum permeaverat, prope tumorem in abdominis cavum, oſtio hoc abdominali anguſtiori, quam juxta naturam eſſe conſuevit et laciniis deſtituto ideo apparente, quoniam diſtractus et compreſſus admodum a tumore ovarii omnis tubae canalis fuit. Fiſſa ſupra ſtilum argenteum per omnem longitudinem ſuam tuba, hujus tunicas vaſis refertiſſimas vidimus et ſimul diſtracta et concreta admodum apparuit ea peritonaei duplicatura, quae a ſimilitudine alae veſpertilionum nomen nacta eſt. Sub eo loco uteri, e quo tuba emergebat, magis ac ſolet, verſus uteri poſteriorem ſuperficiem et aliqua ſub tubae exitu diſtantia, exiit ligamentum ovarii uterinum [b]), ad ipſum tumorem continuavit et ſupra partem ipſius utero proximam expanſum fuit ita, ut ſub eodem maxima vaſorum uterinorum et ſpermaticorum retia habitarent, uti perluſtrando hunc Tabulae tertiae locum elucet. Nullum hinc dubium in determinando pro tumido ovario, tumore noſtro.

§. XIII.

Perquiſitionem tumidi hujus ovarii a membranis eum obvolventibus incepimus vidimusque eum peritonaei tunica obductum, quae a ligamento uteri lato dextro et ab ala veſpertilionum ejusdem lateris ortum duxerat. Conſpicuum hoc in inferiori praeſertim expanſi ovarii parte peritonaeum tum ſupra [c]) tum infra vaſorum ovarii plexus [d]) panſum, a poſteriori ovarii facie ad inteſtinum rectum pergebat eo in loco, ubi Douglaſſii plica uterum inter et inteſtinum rectum a peritonaeo effici ſolet. In ſuperiori et anteriori ſui parte laxe imponebatur tumori et cum eo cohaeſit lacera placentae membrana [e]), ſupra vaſorum umbilicalium ramificationes [f]) expanſa; exinde vero ſupra et retro tumorem ferebatur, uti per Litt. U. U. Fig. IIItiae patet, ita ut ſupra venam cavam et arteriam aortam, ſub exitu arteriae meſaraicae inferioris celluloſae ope adhaereret, ita tamen, ut membranam peculiarem ruptam, a peritonaeo facile ſeparabilem, diſtinguere potueris. Tentata ultro haec membrana, a margine ejus (in F. Fig. IV.) inde lacero et replicato ad usque partem cum peritonaeo commixtam, absque difficultate in duas laminas, quarum utraque tenax ſatis et opaca, quamvis tenuis, celluloſae tenerioris et ſiccae ope junctas,

[b]) Fig. III. Litt. E.

[c]) Fig. IV. Litt. S.

[d]) Fig. IV. Litt. T.

[e]) Fig. IV. Litt. F. F.

[f]) Fig. III. Litt. G. H.

ctas, ſeparari potuit; ſuperiorem, abdomini obverſam, membranae amnios ſimilem, ad funiculum umbilicalem et ſupra eundem pergens, inferiorem vero, chorio ſimilem, adhaerentem ovarii membranae craſſiori, ipſam ejus ſubſtantiam obvolventem et plurimis villis vaſculoſis in ovarium ipſum continuam. Teſtari omnino videtur hic membranarum habitus, eas primum foetus domicilium, in naturali ovo ex membranis chorii et amnios effectum, fuiſſe; quae una cum liquore amnii foetum, in ovario recluſum continebant; donec hic mole auctus et vi motrice majori praeditus, ipſe membranas has dilaceraret et ex ovo elapſus, inter inteſtina translocaretur.

§. XIV.

Sub hiſce membranis tumorem efficiebat maſſa denſa, rufeſcens, celluloſis fibris vaſculoſisque villis intertexta, ſanguini effuſo coagulato ſimilis, jam in lamellas polypoſas, quales aneurysmatum ſaccos replere ſolent, concreta; ad candelam facile combuſtibilis erat, non vero olei inſtar flagrans, ſed in flamma ſe tantum initio conſtringens, hinc urens, ac ultimo carbonem formans, cum odore ſanguinis coagulati combuſti. In medio tumoris colorem ſuum coccineum ſervaverat cruor; ut, effuſum in celluloſam ovarii ſanguinem et ſerum denſatum, totam hanc maſſam fuiſſe, ſatis appareret. Ex hac maſſa vaſorum umbilicalium extremitates tenuem lympham ſuctione et forte etiam anaſtomoſi vaſorum eorundem cum illis membranae ovarii externae, in ſe receptam, per funiculi venoſum truncum foetui tradiderunt.

§. XV.

Vaſa hinc plurima, eaque inſigniter dilatata, tum a ſpermaticis, tum uterinis vaſis, ovarium hoc praeternaturaliter auctum adierunt. A r t e r i a enim ſ p e r m a t i c a d e x t r a i n t e r n a duplex, ſuperior et inferior: ex aortae trunco exiit ſuperior[g]) ab ortu ſuo ex aortae trunco ſub renali arteria dextra, ac retro venam cavam transverſim ducta, circa venam renalem dextram flexa emerſit, et tractu ſerpentino, comite vena ſpermatica ſuperiori minori, ex vena cava orta, trans venam ſpermaticam dextram deſcendit, atque introrſum verſus ovarium progreſſa, retro venam ſpermaticam dextram minorem in duos ramos [h]) dividebatur, quorum quilibet ſerpentino ductu in ovarium dextrum uterumque ramulos ſuos varie diſperſit, venis plexuoſis inextricabili nexu arteriis intermixtis, ramulisque

g) Fig. III. Litt. h.

h) Fig. III. Litt. i. k.

liſque ultimis prope uterum cum uterinis ramis et ſpermaticis externis varie per anaſtomoſes conjunctis. Dextra vero arteria ſpermatica interna inferior [i]) ſub priore ex aorta emergens, flexuoſo tractu trans venam cavam [k]) oblique deſcendit. Ramulo in glandulas lumbares exhibito [l]) venae ſpermaticae dextrae [m]) comes facta eſt, ac retro hanc flexuoſo tractu oblique deorſum procedens, ante diviſionem venae ſpermaticae dextrae majoris in duos ramos, ramum minorem [n]) circa venam ſpermaticam emergentem et ad ovarium utrumque flexuoſo inter venas itinere ramulis ſuis diſperſum. Major vero ejus ramus, ſive continuatio trunci [o]) retro venae ſpermaticae majoris ſuperiorem ramum ſurculum dedit, ſerpentino ductu in uterum et ovarii tumorem extremitatibus ſuis diſperſum, hinc vero trunculus ipſe, ſub vena ſpermatica emergens, trans tumoris ovarii inferiorem partem continuatus ac ſub venae ramis iterum diſperſus, ramis ſuis in ovarium et uterum finitus eſt.

Arteria uterina [p]) aeque dilatata diametro gaudens, ac dum uterus *ipſe* gravidus eſt, ex hypogaſtrica [q]) arteria mox ſub umbilicali [r]) orta, flexuoſo ſerpentino tractu trans inteſtini recti [s]) partem ſuperiorem et ureterem dextrum [t]) ad latus dextrum colli uteri inter hunc et tumorem ovarii ad uterum continuata, ramum primo minorem [u]) ad collum uteri exhibuit, hinc adſcendens juxta uteri collum, propior utero, ſecundum ramum [x]) eumque majorem dedit retrorſum in colli uteri poſteriorem partem et in ipſam corporis uteri ſubſtantiam extremitatibus

 ſuis

i) Fig. III. Litt. I.

k) Fig. III. Litt. W.

l) Fig. III. Litt. m.

m) Fig. III. Litt. v.

n) Fig. III. Litt. n.

o) Fig. III. Litt. l.

p) Fig. III. Litt. w, Fig. IV. Litt. e.

q) Fig. III. Litt. u.

r) Fig. III. Litt. v. Fig. IV. Litt. d.

s) Fig. III. Litt. M.

t) Fig. III. Litt. a.

u) Fig. III. Litt. x. Fig. IV. Litt. f.

x) Fig. III. Litt. y.

ſuis diſperſum. Verſus uterum hinc ulterius producta arteria uterina, ramulo minori [y]) ex trunco extrorſum emerſo cum ſpermaticis arteriis internis et externis communicavit, quo exhibito ſub venas uterinas ultimo abſcondita arteria, reliquis ramis ſuis profunde ſub venis in uteri ſubſtantiam et in ovarii tumorem diſpergebatur.

Arteriae demum ſpermaticae externae, ex arteria epigaſtrica [z]) ortae, prima ſuperior [a]) ſecunda inferior [b]), duae fuerunt. Hae arteriae ſerpentino flexu per foramen abdominis ovale ſive annulum abdominis in hocce cavum intrarunt, atque involutae fibris muſcularibus ac celluloſis ligamenti uteri rotundi, uterum ipſum adierunt, ubi flexuoſis ſpiris ac in ſe contortis ramis, in uterum ſub exitu Fallopianae tubae ingreſſi, variis anaſtomoſibus cum arteriae uterinae et ſpermaticarum internarum ramis conjungebantur, ſanguinem ab externis partibus in uterum devehentes, itidemque uti reliquae arteriae dictae dilatatae, et in ovarium ultimis ſuis ramis diſſeminatae.

§. XVI.

Venarum habitus itidem ac in gravidis valde dilalatus fuit. Earum enim ſpermatica dextra major [c]) eximium dilatata, ex vena cava [d]) more ſolito ſub vena renali dextra [e]) orta, ramum mox majorem [f]) in truncum, inſula facta, iterum inſertum dedit, cum minori vena ſpermatica dextra communicantem [g]), quae ex vena cava ſupra renalem venam dextram orta [h]), flexuoſo ductu arteriam ſpermaticam dextram comitans, in ovarii tumidi ſubſtantiam ramis ſuis deſiit [i]). Hinc vena ſpermatica dextra major circa tumo-

[y]) Fig. III. Litt. Z.
[z]) Fig. III. Litt. q.
[a]) Fig. III. Litt. r.
[b]) Fig. III. Litt. s.
[c]) Fig. III. Litt. v.
[d]) Fig. III. Litt. W.
[e]) Fig. III. Litt. Y.
[f]) Fig. III. Litt. ξ.
[g]) Fig. III. Litt. λ.
[h]) Fig. III. Litt. K.
[i]) Fig. III. Litt. μ.

tumorem ovarii ad inferiorem ejus ſuperficiem inflexa[k]), in ramum majorem inferiorem[l]) et ſuperiorem minorem[m]) dividebatur. Hi rami in minores diviſi, variis majoribus anaſtomoſibus[n]) cum vena uterina dextra, cujus rami ab utero maxime dilatati ovarium adeunt, conjungebantur.

Altera vena, ſanguinis circulationi dicata, uterina[o]) eſt, ex hypogaſtrica duabus propaginibus ſive ramis venoſis, majori[p]) et minori[q]) orta. Juncta ex his vena uterina, eximie dilatata, flexuoſa via inter ovarium et uteri collum verſus hujus corpus adſcendens, ramum[r]) hoc tractu dedit ad collum uteri, ad ovarium dilatatum autem alium inferiorem minorem[s]), alium vero majorem ſuperiorem[t]) valde dilatatum, in quatuor ramos diſperſum. Horum inferior major[u]) in plexum ovarii venoſum ſub venae ſpermaticae ramis uterinis adſcendens, ramis ſuis in ovarium deſinit; ſecundus[x]) plures cum ramis venarum ſpermaticarum anaſtomoſes format; tertius[y]) ſub venis ſpermaticis in ovarium ſub membranis placentae et peritonaei diſtribuitur; quartus vero[z]) ſub venis ſpermaticis et membranis ovarii in ſubſtantiam ejus intrat. Tertius[a]) hinc extrorſum ex uterina vena adſcendens ad ovarium prodit ramus, cum venis ſpermaticis anaſtomoſium ope varie junctus; eadem-

[k]) Fig. III. Litt. o. Fig. IV. Litt. U.

[l]) Fig. III. Litt. π.

[m]) Fig. III. Litt. ϱ.

[n]) Fig. III. Litt. σ. τ. Θ. I. K. Δ. 1. 2. 3. 4. Fig. IV. Litt. U. W. X. Y. Z. 1. 2. 3. 4. Δ. E. Z. H. Θ. I. K.

[o]) Fig. III. Litt. E.

[p]) Fig. III. Litt. Γ.

[q]) Fig. III. Litt. w.

[r]) Fig. III. Litt. Z.

[s]) Fig. III. Litt. H.

[t]) Fig. III. Litt. Θ.

[u]) Fig. III. No. 1.

[x]) Fig. III. No. 2.

[y]) Fig. III. No. 3.

[z]) Fig. III. No. 4.

[a]) Fig. III. Litt. I.

eademque ratione ultimus [b]) ab uterina vena ramus in ovarium et uterum pergit, cum ramis venoſis ſpermaticis [c]) aeque ac prioribus uterinis [d]) venoſis ramis diverſimode connexus. Siniſtri lateris vaſa, tum arteria ſpermatica [e]) tum venae [f]) minus dilatatae fuerunt, quamvis ob affluxum per anaſtomoſes in utero majores, naturalem diametrum extra graviditatem paullulum itidem ſuperaverint.

§. XVII.

In ſuperficie tumidi ovarii praeter dicta vaſa, ſub membranis placentae ipſi adhaerentibus, in ſuperiori et externa praeſertim ejus parte, vaſa umbilicalia foetus ramis ſuis incedunt et extremitatibus ſuis in ovarium ipſum defiguntur. Venae itaque umbilicalis truncus [g]), ex foetus umbilico exiens, gyroſis flexubus elongatis, per funiculum, uti ſolet, factis, prope ovarii tumorem, amnios tunica obductus, ad ovarii dextri tumidi partem ſuperiorem pervenit ibique in plures ramos diviſus [h]) fuit, ut ſurculi ejus ultimi, ovarii tumori ubique innati, peritonaeo, hocce ovarium obducenti, ubique inhaererent. Eadem ratione innumeris ſurculis, peritonaeo ovarii innexis, et cum venae umbilicalis ramis frequenter anaſtomoſi inoſculatis, arteriae umbilicales duae in ſuperficie ovarii tumidi diſtribuuntur [i]), quarum altera quidem major, altera minor eſt. Rami earum majores inter placentae membranas celluloſae ope annexi decurrunt. Junguntur tenuis et parcae celluloſae ope haec vaſa, at veram craſſam, uti ſolent, placentam non formant, ſed mere membranaceo - vaſculoſam, ex membranis ovi et vaſis umbilicalibus conſtantem, ultimis ſurculis ſuis, tomenti celluloſi tenuiſſimi ope ſibi invicem junctis, ovarii ſuperficiei externae adhaerentibus.

§. XVIII.

[b]) Fig. III. Litt. K.

[c]) Fig. III. Litt. T.

[d]) Fig. III. Litt. Λ. M.

[e]) Fig. III. Litt. g.

[f]) Fig. III. Litt. Z. ϑ.

[g]) Fig. II. Litt. O. Fig. III. No. 2. Fig. IV. Lit. R.

[h]) Fig. II. Litt. P. Q. i. k. l. m.

[i]) Fig. II. Litt. R. Fig. III. Lit. O. Π. P. Σ. T. Φ. X.

§. XVIII.

Haec ſunt, quae in recenti adhuc cadavere, adminiſtrationum anatomicarum auxilio ediſci potuere, quaeque ex eo perfectiori ſtatu deſumpta, exactiſſimo typo ſervata tradimus. Torſit vero prae reliquis mentem noſtram modus, juxta quem nutriri et ad eum incrementi perfecti terminum produci potuerit foetus in abdominis cavo recluſus. Anaſtomoſeos inter matris et foetus vaſa ſanguifera fautoribus, (quos inter referre B. Meckelium eo majori jure credunt, quo ipſi, ni ſaepius, ſemel tamen eo cum ſucceſſu gravidarum repletiones evaſiſſe autumant, ut fluida, in matris vaſa injectione delata, in funiculi umbilicalis foetusque vaſa progreſſa viſa ſint), ſimilis in hocce caſu eventus eo magis arridebit, quo, ad evidentiam perductam rem eſſe, ſibi ex inſpectione eorum, quae revera ita ſe obtulerunt et ex deſcriptione exacta eorum, quae acciderunt, perſuadent. Dolemus omnino, quod occaſione, eos in integrum refellendi, longum temporis ſpatium, ex quo in recenti ſubjecto disquiſitionem exactam inſtituere licuiſſet, ab hodierno die, ubi in iis acquieſcendum nobis eſt, quae adhuc integra ſuperſunt, nos privet. Eam tamen ab ipſis ex dicendis conſequentiam exſpectamus: rem nequaquam eo effectam eſſe, et problematicum omnino remanere modum nutritionis hujus foetus. Omni jure opinioni eorum, novo hoc argumento fultae, ſubſcriberemus, ſi eadem materies, rubro colore tincta, qua matris vaſa arterioſa turgida reddita fuere, in vaſis et in trunco venae umbilicalis foetus obvia eſſet; ſive viridis cera, qua venae matris fartae ſunt, in arteriis funis et cum iis connexo foetus ſyſtemate arterioſo, haberetur. Nequaquam vero res ita ſe habet; contrario potius modo res revera eſt: omnis enim tractus vaſorum arterioſorum tam matris quam foetus, quem rei ergo et ad minutiſſima usque vaſa exploravimus, rubra materia ceracea diſtenditur; cum viridis contra aeque bene in vena umbilicali ac in hepate et in ſyſtemate venae portarum foetus ad venam cavam usque habitet; qua eadem ſyſtema venae cavae in matre refertum eſt. Prima maſſarum conjunctio occurrit in trunco venae cavae inferioris; cordis cava, tam venoſa quam venoſo-arterioſa rubra injectione turgent, quae prima in foetum penetrans, effuſa potius in foetus abdomen, pectus et pericardium, quam per vaſa eo dilata videbatur. — Quid inde? An cenſes: arterias matris ſanguinem in foetus arterias detuliſſe? Cui quaeſo non occurrunt valvulae arteriarum ſigmoideae, ſanguinis in cor ingreſſui, per arterias obſtacula! quem non offendit neceſſaria inde in ſanguinis circulo vel matris vel foetus conturbatio! vel enim venoſo more hic per arterias umbilicales et aortam foetus ad eum accedere; vel venarum loco arteriae matris ſanguinem a foetu per arterias, redeuntem deferre debuiſſent! Simile quid, naturae plane oppoſi-

tum, in venoſo circulo oppetere debuiſſet: vel enim in foetu vel in matre per eas ſanguis a ramis ad truncum procedere coactus fuiſſet; cui non tunc in mentem veniunt valvulae, in utroque ſubjecto ejusmodi ſanguinis iter omnino prohibentes? Quo ſe ferant, qui rem explicare velint, non video, nec a me quaerant modum, quo repletio haec ſuccedere potuerit! Nullam aliam viam, niſi per anaſtomoſes inter vaſa video, quae cerae, eique firmitate excellenti et omni adhuc cinnabari tinctae aperta fuiſſet; ſed nullam aliam, niſi ab arteriis matris in arterias foetus et ab illius in hujus venas, quam ſanguis abſolute legere non potuit. Incaſſum ad vaſa, vi injectionis rupta, appellares, cum hujus conſequentiae vix aliae quam extravaſationes ſint et exinde liquida cera aeque bene veram fluidis placentae patulam viam, ac falſam hanc intraſſet. An tumidi praeter naturam ovarii ſtructura, an vaſorum, an cordis foetus, diverſi a ſolito habitus, rem abſtruſam illuſtrare valerent, tentavimus; ſed praeter ea, quae de tumore jam ſupra notata fuere, praeter cerae viridis praeſertim, venis inditae coagulum, nihil nunc in eadem detegi potuit. Vaſorum foetus tam venoſorum quam arterioſorum diſtributio ne minimum quidem a naturali recedebat, ſi exiguam viridis maſſae, hepatis venas opplentis, copiam excipias, unde et hoc viſcus ſolito minus apparuit et non niſi pauci venae portarum rami repleti obſervabantur. Rubedo ſyſtematis venae cavae, cum ea arteriarum conveniens, vel ab anaſtomoſibus inter duo haec foetus ſyſtemata, vel a rupturis valvularum ſemilunarium et valvulae foraminis ovalis pendere poteſt. In corde enim praeter dilatationem omnium ejus cavorum a maſſa ceracea, firma, rubra, nil obſervari potuit, ex quo, mediante ſtructura peculiari, pro explicando phaenomeno aliquid derivari potuiſſet.

Tribuimus, ut mentem noſtram fateamur, omne nutritionis negotium in hoc caſu plane iisdem cauſis, a quibus in graviditate, quae ſecundum naturae leges in utero eſt, pendet. Hoc in ſtatu non niſi liquida tenuiora ſanguinis, alibili virtute praedita, a finibus arteriarum uteri in placentae interſtitiola deponuntur, ut inde a venarum umbilicalium foetus ſimilibus diametro oſtiolis reſumantur; dum interim arteriae foetus inutilia illi fluida in eadem cava deferunt, unde iterum a matris venae uterinae exiguis oſtiolis, intra hanc maſſam patentibus, hauriuntur. Vim veri ſenſiſſe videtur B. Meckelius, anaſtomoſeos ceterum Patronus, dum ait: ex dictis patet: „Arterias et venas ovarii, uti in „graviditate uterina idem in utero obtinet, inſigniter dilatatas, immo in dextro latere, „terminum hujus diſtenſionis ſuperantes, plexu in ovarii ſuperficie facto, ramos ſuos in „ovarii ſubſtantiam immiſiſſe, ibique liquidum illud effudiſſe, ex quo umbilicalia vaſa nu-

„tritiam

„tritiam lympham exſuxerunt.“ Quantum attamen, injectionis ope hoc caſu indubie apparenti anaſtomoſi tribuerit, ex alia ejus Nota, obſervationi adjecta, fluit. Haec ejus verba ſunt: „Ex membranacea et vaſculoſa partis ovarii ad foetum pertinentis natura patet, abſque celluloſa placentae ſubſtantia ac humore in cellulas haſce effuſo, a meris vaſculis umbilicalibus aut in tumorem hunc elongatis, aut cum vaſis ejus ipſis, per laterales ultimos ramos connexis, lymphaticum nutritium ſuccum traduci in foetum. Atque hinc tomentum craſſius celluloſum placentae naturalis in utero, non ex neceſſitate quadam abſoluta reperiri, ſed ex effluxu tantum copioſiori humorum gelatinoſorum ex uteri vaſculis, celluloſam hanc copioſam generantium, ortum ſuum ducere. Eſſe ergo tranſitum liquidis nutrientibus foetus immediatum, ex vaſculis arterioſis matris in venae umbilicalis foetus ultimos villos, cujus ope et hicce foetus nutrimentum et augmentum in perfectam infantis ad naturalem terminum ducti magnitudinem, ab ovario hoc acceperat.“

§. XIX.

Non poſſumus a caſu, quem obſervatio offert, et ab iis, quae accuratior, quam in ullo alio ſimili caſu inſtituta fuit, disquiſitio docuit, recedere, quin obſervemus: ovarii ad conceptionem praerogativas ex eodem maxime elucere. Loquuntur locum hunc conceptionis, quaecunque in ovario apparent, ita comparata ac ſi revelandorum eorum ergo, quae ob minutiem in ſtatu naturali ſenſibus noſtris eripiuntur, nunc magnitudine aucta, irrevocabali teſtimonio probare debuiſſent. — Tumor ovarii, poſt impraegnationem ſecundam ab obſervatoribus ita viſus, ut eum a congeſtione fluidorum verſus hanc partem prius; dein vero a veſtigiis loci, unde ovum hoc actu abſumptum fuerat, corpore luteo notatum, derivarent, in Noſtra immenſus eſt. — Utero immutato, vel parum ſaltim a perfectae vacuitatis ſtatu recedente, ipſius loca tenuit ipſum ovarium; quum omnia ea, quae in utero alias accidere ſolent, hic ab ovario praeſtita fuerint. Ruit hinc opinio de commixtione ſeminis maſculini cum feminino in uteri cavo, ad concipiendum neceſſaria, uti et ea de ovulis, in uteri cervice latitantibus, quae Nabothi introduxerat. — Habentur et membranae ovi, alias in utero contentae, naturae plane ejusdem, ita ut eas tanquam partes ad prima foetus rudimenta ſervanda, dum adhuc in ovario torpet, conſiderare poſſis. Jam ibi liquorem continent, foetum a certa abſque iis compreſſione deletoria ſervantem. Sic et in hocce ovario volumine et firmitate, additis ipſis humoribus nutritiis, increſcere poterant hae membranae. Eodem ex fonte

 augmen-

augmentum liquoris foetui in primis tenerrimae vitae ſtadiis, quam maxime neceſſarii, repetendum eſt. — Non minus feriet quemvis fatalis earum miſerarum ſors, in quibus, ut in Noſtra, officia ſua non praeſtant partes, praeter ovarium, ad felicem graviditatem facientes. Nullum poteſt ſupereſſe dubium, quin hicce habitus Noſtrae lethum dederit: quum inflammationis abdominis, jam per ſe periculo pleniſſimi morbi, notas ubique reperiamus, quales ſunt: inflammatoria peritonaei condenſatio; ex eodem fonte derivanda concretio hepatis; inteſtina ſphacelo corrupta; purulenta ovarium obducens cruſta; hydrops aſcites, infauſta inflammationis abdominalis terminatio; omnia, ni in totum, ſaltim maxima ex parte, ab irritante, putreſcente cadaveris in abdomine recluſi, exiſtentia derivanda. Miraculo proximum eſt, ſiquae his evadunt; revera autem quasdam evadere, ex infra dicendis patebit. — Non unica enim mortis extimeſcendae in iis ratio eſt, cum terribile ſolutionis ejusmodi ovi ab ovario momentum, nullo modo ſiſtendam ſanguinis in abdominis cavum effuſionem, pediſſequam habere poſſit; cum a liquoris amnii in abdominis cavum effuſione non poſſint non praeternaturales effectus extimeſci; et quae ſunt alia.

§. XX.

ACCIPE JAM COLLECTIONEM OBSERVATORUM SIMILIUM!

Cum Cl. Josephi divido incubationem ſ. graviditatem abdominalem in veram et falſam.

„Vera abdominalis incubatio (aut, ut ille dicit, receptio) eſt: „ſi ovulum tribus circiter diebus poſt conceptionem elapſis, non tubam ingreditur, ſed ex ovario ſtatim in cavum abdominis delapſum, per aliquod tempus nutritum, ad certum quendam perfectionis gradum augetur.“

„Falſa contra, ſi foetus ſeu immaturus ſeu perfectus ovario, aut tuba, aut utero, cauſa quadam disruptis, inde demum in cavum abdominis delabens, vice quaſi ſecunda recipitur.“

§. XXI.

Falſa itaque graviditas abdominalis vel ex naturali oritur, ubi ovulum ſueta via ad uterum perductum ibique nutritum erat, vel ex praeternaturali, ubi ovulum in loco ſuae foecundationis, ſeu in via ad uterum in tuba Fallopiana reſtitit. Ex omnibus tribus hiſce locis commorationis non niſi per violentiam, quae mox in cauſis internis, mox externis quaerenda eſt, in locum quartum, in cavum abdominis, pervenit.

§. XXII.

Liceat nunc mihi, primo de graviditate falſa abdominali, cujus exempla frequentiora ſunt, hiſtorice caſus praecipue memoratu dignos referre. Sed perpendatur velim, hiſtorias huc facientes non ſemper ea cum diligentia et cura eſſe enarratas, ut poſſit haec vel illa recte adnumerari graviditati abdominali verae, ſeu falſae. Siquid itaque dubii hac ſuper re, narrationibus relatis, ſuperſit, culpae mihi non vertatur. Annus unicuique hiſtoriae praefixus eſt is, quo caſus narratus primum ſcripto publico notatus eſt: et in hoc eligendo pro viribus accuratus fui.

§. XXIII.

In libris, Pſeudo-Hippocraticis [a]) locum invenio, qui poſſit fortaſſe trahi ad graviditatem abdominalem. „Foetus, inquit autor, locum ſuum deſerit ob abundantiam pituitae, et ſuffocationem producit."

Albucasis [b]) ſcribit: „Atqui ego quondam vidi mulierem, quae gravida fuerat, et foetus in utero ejus moriebatur, deinde alia inſuper vice gravida facta eſt, deinde moriebatur foetus ille alter: etiam et accidit illi poſt longum tempus tumor in umbilico ejus, qui inflatus fuit, donec ſe aperiret et pus produceret. Et ego ad curam ejus vocatus fui. Et curavi illam diutius et vulnus non conglutinatum fuit, et illi applicavi quaedam unguenta valide attrahentia, et ex loco egreditur os: deinde praeterierunt dies aliquot et egreditur os alterum; et ego ad hoc valde miratus ſum, quemadmodum venter eſt locus, in quo nullum eſt os. Ego igitur opinabar, haec eſſe ex oſſibus foetus mortui. Vulnus igitur inveſtigavi, et ex illo multa oſſa extraxi, mulier autem optime ſe habuit adeoque vixit, et illo modo longum tempus, pauco pure ex illo loco producto."

1522. Jac. Berengarius Carpenſ. Iſagoge brevis in anatom. c. h. Bonon. 1522. 4. Foetus extra uterum repertus, quem ulcus ruperit. Cf. Halleri Bibl. chir. T. I. p. 183.

1550. Matth. Cornax Hiſtoria quinquennis fere geſtationis in utero, et quomodo infans ſemiputridus, reſecta alvo, exemptus ſit et mater curata evaſerit. Venet. 1550. 4.

 Mater

a) De Morb. Mulier. L. I. Sect. V. p. 167. Fol. Francof. 1595.

b) De Chirurg. T. II. p. 339. cura Channing.

Mater, rupto cum fragore ſub partus labore utero, defluxu continuo putrilaginoſo per muliebria afflicta eſt per quadriennium: tunc factum a natura eſt ad umbilicum foramen, ex quo multum ſanioſi foetidique mucoris etiamque os, quod pro fibula ſiniſtri brachii habebatur, profluxit. Cum hoc facto, periculi magnitudo indies ingraveſceret; inciſio in alvum inſtituta et fruſtulatim foetus maſculus emortuus et ſemiputridus exemptus eſt. Abſoluta hac ſectione mulier feliciter curabatur.

Eandem hiſtoriam repetunt M. Donatus Lib. IV. p. 427. 8. Francof. 1664. Hiſt. med. mirab. 22.

Bauhinus in Append. ad Roscettum.

Schenckius Lib. IV. obſ. med. et. Hildanus in Reſp. ad Döringium.

Aliam Cornax hiſtoriam narrat ab Achille P. Gaſſaro acceptam, ad quam mulier ex abſceſſu in iliis, a chirurgo dilatato, foetus oſſicula corroſa una cum pure enixa eſt.

Aliam foetus per XIII annos retenti hiſtoriam habet Aegidii de Hertoghe. Conf. etiam Barthol. de inſol. part. hum. viis p. 110.

1552. Amat. Luſitanus Curat. medicinal. Cent. II. curat. 10. de oſſibus foetus ex ano mulieris excretis, praecedente ſanioſa cum febre colluvie ex utero. Vid. Barthol. l. c. p. 116.

1554. Joh. Lange Epiſtolar. Lib. II. med. 39. p. 739. (8. Francof. 1589.) hiſtoriam exhibet de foetu, qui anno X. geſtationis per anum excernebatur: p. 740. hiſt. Ach. Gaſſeri repetit.

1580. René Thionneau Hiſtoire etrange d'une femme, qui a porté un enfant 23 mois et qui enfin a été tiré par le coté os à os. Tours. 8.

1581. Fr. Rousset Traité nouveau de l'hyſterotomotokie, ou enfantement Céſarien, à Paris, 1581. 8. Exempla foetuum, qui intra uterum contabuerunt et quorum oſſa aut per inciſum uterum, aut per eundem abſceſſu apertum exierunt. In apendice edit. Caſp. Bauhini (Baſ. 1582. 8.) exempla ſunt allata uteri cum ſuo foetu contabeſcentis, denique reſecti, extracti per umbilicum foetus, etiam in vaccis.

1587. M. Cagnati Variar. obſerv. Lib. IV. c. 9. p. 268. (Rom. 4.) oſſa foetus retenti per anum egeſta.

1590. Fr. Rousseti ſchema palocyematis, Lithopaedii Sennonenſis foetus lapidei viceoctennalis. Pariſ. 8.

Thuani Hiſtor. Lib. 76. foetus lapideus mulieris cujusdam Agendici Sennonum.

I. Alboſius et S. Provancher, in hoc oppido medici, etiam de hoc caſu ſcripſerunt.

Rupto ſub labore partus utero, deſluxo ex muliebribus ichore et emerſis ex ſanguine coacto recrementis ſeroſis, quaſi thrombis, foetus in ventrem matris delapſus eſt ibique in lapidem abiit.

1595. Horat. Augenius de hom. partu, ſeu quod homini non ſit certum naſcendi tempus. Venet. fol. Lib. II. c. 27. „cum excrementis duae effluebant coſtae parvae, tempore foeditiſſimi fluoris albi. Exenterato cadavere inventus eſt uterus putrefactus, qua parte inteſtinum rectum tangit: hoc ipſum totum corruptum: inventus eſt foetus ſine involucris, ſine ſecundis, cujus caput non aderat: hoc putabamus ex putredine diſſolutum.“

1611. I. Marchandet Hiſtoire admirable advenue en Franch-Comtè d'une femme, qui a produite un enfant par le nombril après avoir portè 25 mois et demi. Lyon. 12.

1619. Autore Hallero (Bibl. chir. T. I. p. 264.) etiam Fabr. Hildanus in epiſtola ad amicos, quae cum Centuria IVta obſervationum ſuarum et curationum Baſil. 1619. 4. in lucem prodibat, de foetu quadriennium geſtato verba fecit; ſed locum hunc omni aſſiduitate incaſſum quaeſivi.

1622. Vincent. Alsar. a Cruce de quaeſitis per epiſt. in arte medica, Cent. IV. fol. Venet. Cent. II. p. 169. „Foetus putrefactus per abſceſſum, circa umbilicum, ferro apertum, prodiit.“

1664. Laur. Strauss Reſolutio obſerv. ſingul. Muſſipontanae foetus extra uterum in abdomine retenti. Darmſt. 4. Foetus, per 30 annos a matre geſtatus, poſt hujus obitum in cavo abdominis, tegmine duriuſculo involutus, inveniebatur; ſed primo hunc foetum in uteri tuba genitum ac contentum fuiſſe, jam Deuſſingius in libro ſuo de hoc foetu §. 88. ſcribit. Straufs narrat quoque caſum, quem Wepferus obſervaverit, ubi foetus per umbilicum excretus fertur.

1655. Jac. Primirosius de morb. mulier. et ejus ſympt. Rotterdam 8. Libri V. lib. IV. c. 7. Foetus, rupto utero (nam et hoc accidiſſe oſtendunt effluxus humoris lenti aquoſi et copioſi ſub partus conatu et poſthac ſaniei mali odoris) in cavum abdom. delabitur: mater annis duobus elapſis iterum gravida facta, ſed iterum, quin foetus maneret in utero. Primogenitus per abſceſſum umbilicalem viam ſibi paraverat; oſſa vero poſterioris inciſione caeſarea educebantur.

1663. Henr. van Roonhuysen Genees en heelkonſtige Aanmerkingen, betreffende de Gebrecken der Vrouwen. Amſt. 8. Uterus ruptus, foetus per anum eductus.

1664. Th. Bartholinus de inſolitis partus humani viis. 8. Hafn. Ipſa hiſtoria, foetum per abſceſſum hypochondriorum poſt annos XVIII prodiiſſe, memorat.

1665. Henr. a Moinichen Obſervationes medico-chirurgicae, Hafn. 8. p. 12. Foetus in utero materno exſtinctus per abſceſſum membratim exciſus.

1672. H. Oldenburg E. N. C. Dec. I. ann. 3. Obſ. 126. oſſa foetus per anum egeſta. Deniſii relatio.

1678. Bayle epiſtola ad autor. Ephem. erud. Miſc. N. C. Dec. II. ann. 8. Obſ. 134. p. 293. Foetus XXVI annos in matre haerens. Inſpecto cadavere foetus nullum quidem nexum cum utero oſtendebat; lochia vero, quae mater poſt partus dolores excreverat, propenſum me faciunt, hanc ut graviditatem falſis abdominalibus adnumerem. Conf. Zod. med. Gall. an. 1. p. 9. et 51. (Genevae 1680. 4.)

Eadem hiſtoria legitur in Philoſophical Transact. Vol. 12. n. 139. p. 979.

1679. Ant. v. Leeuwenhoek Juornal des ſavans. p. 406. Partus ventralis, quum uterus ante mortem ruptus et extractus e ventre foetus adultus.

Nic. de Blegny hiſtoire anatomique d'un enfant, qui a demeurè XXV ans dans le ventre de ſa mére. à Paris, 1679. 12. Ulcus aderat uteri: foetus retentus calloſa cruſta obvolvebatur, in qua tubercula erant quaſi gypſea. In libro [c]) Zod. med. gall. ann. 1. p. 57. (Genev. 4.) hiſtoria foetus putridi narratur, cujus oſſa per abſceſſum abdominis cum pure excluſa ſint. Graviditatem non tubariam ſ. ovariam fuiſſe, oſtendunt verba ſequentia auctoris: „Uterus quidquid cavitate ſua continebat, extraneum expulit.“

1682.

[c]) Les nouvelles decouvertes ſur toutes les parties de la Medicine. à Paris 1679. 12. Bonnetus librum hunc latine vertit.

1682. In Diario, quod Abb. de la roque edidit et deinde T. Bonnet complevit.

I. Iac. Wepfer foetus ex tuba, ut videtur, uteri in ventrem effuſus.

Rivalier de foetu retento, diſſoluto, per abſceſſum umbilici ſimulque per vulvam fruſtulatim edito.

St. Maurice epiſt. ad Cl. Dm. de la Cloſure. Conſulatur etiam Manget Theatr. anat. lib. II. part 2. c. 3. p. 140. Graviditas ovaria dilaceratione ovarii in graviditatem abdom. falſam permutata.

1683. C. Morley Phil. Tranſact. Vol. XIX. n. 227. p. 486. Oſſicula foetus, quae poſt annos elapſos per alvum reddita ſunt.

I. Brodie l. c. n. 229. p. 580. de foetu per abſceſſum umbilici excreto.

1684. Phil. Trans. Vol. XX. n. 243. p. 292. de oſſibus foetus, quae ſupra oſſibus pubis excernebantur.

1685. L. Birbeck l. c. Vol. XXII. n. 275. p. 1000. Maxima pars foetus per umbilicum eſt excreta et placenta per uterum.

1686. Corn. Stalpaart v. d. Wiel Zeldſame Aanmerkingen, ſoo in de Genees-als Heel- en Snykonſt. 8. Hagae. Uterus in fundo laceratus: foetus in abdomen effuſus.

Eodem Anno P. Skippon l. c. Vol. XXIV. n. 302. p. 21000. ſcripſit de oſſibus foetus, quae per abſceſſum in regione inguinis educta ſunt.

1687. I, Muraltus Collegium anatomicum, in welchem alle Theile des menſchlichen Leibes ſamt den Krankheiten beſchrieben werden. Nürnb. 8. p. 250. Infans putridus ex umbilico prodiit.

1789. Sal. Reiselius Obſ. in E. N. C. Dec. II. ann. 7. Obſ. X. p. 16. rupto utero foetus intra abdom. excluſus: (uterus in inferioribus verſus pubem tenuis disruptus et gangraenoſus inveniebatur. Aliam etiam obſerv. a L. Witzel ann. 1669. factam adjungit, in qua uterus ſcirrhoſus rupturae anſam dederat.

L. Roſini Lentilii Obſ. l. mox. c. Obſ. 237. p. 450. Inſolita partus h. via. Matri juvenili, anno xxvi verſante, ſub doloribus atrociſſimis oſſicula foetus per umbilicum et inteſtinum rectum prodibant: ſimul cum his per muliebria ſanies effluebat.

1690.

1690. Teſte (Hallero Bibl. Chir. T. I. p. 495.) in lucem prodiit opus Petri Dionifii L'anatomie de l'homme. Pag. 319. (ed. 1716. 8. à Paris) invenies hiſtoriam gravidae, nomine I. Pragnon, quae ab egregio in terram lapſu ſaevum dolorem ſub regione umbilicali ſenſit et tertio die multum ſanguinis, pure mixti, e vulva emiſit: denique oſſa ſceleti, aperto tumore dictae regionis, extrahebantur. Dionis hanc graviditatem non ſine omni jure tubariam fuiſſe putat, quae poſt lapſum converſa ſit in abdominalem.

P. 323. aliam hiſtor. narrat, ubi oſſa foetus per anum ejiciebantur. Aliam habet p. 328. ubi poſt miſeram Matris mortem anatomica ſectio demum abdominalem graviditatem, ex tubaria ortam, detexit.

1696. Bern. Albini Diſſ. de partu difficili 4. Francof. ad Viadr. Uterus in partu ruptus et foetus in abdomen fuſus.

Eodem anno prodierunt: Les progrès de la Medicine. 12. Hic mentio fit foetus per plures annos in abdomine ſiti, ſectione extracti.

1697. Montagnier Obſerv. ſuper formatione foetus hum. in loco inſolito. Vid. Manget Theatr. anatom. T. II. p. 141. De foetu bimeſtri, natante in cavitate abdom. circumfuſo undique ſanguine, qui ortum duxerat ex lacerato tentorio dextrae Fallopii tubae, ubi etiam placentula inveniebatur.

I. B. Wenckh „De muliere, quae exiſtente in utero (abdomine) oſſiculorum congerie ex emortuo foetu relicta, denuo bis concepit feliciterque peperit. Miſc. N. C. Dec. III. an. IV. Obſ. 87. p. 184." Quatuor aut quinque ante puerperii ſolitum tempus hebdomades foetus commotio penitus ceſſavit, uterus concidit, ita tamen, ut circa umbilicum tumor quidem, tres digitos transverſos altus, remaneret. — Dolore uterum vexante, foetida quaedam ſanies adinſtar corrupti profluvii menſtrui per vulvam ſtillabat, quo profluvio durante, multo capitis dolore, caloribus et ſiti tentabatur: trium tamen hebdomadum ſpatio elapſo convaluit tumorifera. — Quatuor poſt haec annis transactis, puellam formoſam et perfectam et iterum duobus annis elapſis filium, ad ordinem naturae, ab omni dolore tumoris immunis, peperit. Anno autem XII et XIII poſt primam conceptionem ſupra umbilicum ulcus apparuit, e quo copioſa, graviter olens, profluebat materies ibique inciſione facta oſſicula ſeu ſceleton extrahebatur. Mulier, tandem febre hectica abſumta, cibisque ſubinde ex ulcere profluentibus, viribus penitus exhauſta eſt mortemque oppetiit."

petiit." Hiſtoria, quam maxime memorabilis inſtitutae ſectionis verbotenus haec eſt: „Extracto utero, in medio et ex latere ſiniſtro illius in anteriori parte notabile foramen attigimus atque in uteri cavitate oſſeos digitorum articulos inhaerentes invenimus; inteſtinum vero colon pariter perforatum erat et fiſſura tota gangraenoſa, ex qua, dum viveret, cibi incocti profluxere." Credam, bonum ſenſum non ferre, aliud quid hoc ex caſu colligere, quam dictam perforationem (uteri et inteſtini) demum ulcere increſcente fuiſſe obortam.

1700. I. M. Vorwaltner De foetu, fruſtulatim per umbilicum exempto, ruptis inteſtinis, et eorum motu periſtaltico extra abdomen conſpicuo. Miſc. N. C. Dec. III. Ann. V. et VI. p. 222.

1707. P. Dionis cours d'operations de Chirurgie 8. à Paris. Relatio de utero rupto et foetu in ventrem effuſo, ejusque oſſibus ſenſim per abſceſſum prodeuntibus.

Eodem anno Alex. Littre foetum ano feminae extraxit. Vide Hiſt. de l'Academie royale des ſciences annèe 1702. Amſt. 1707. 8. p. 313. D'un fetus humain, tirè du ventre de ſa mere par le fondment.

1715. Mich. Bernh. Valentini Chirurgia medica, quae eſt praxeos medicae infallibilis P. II. Francof. 4. Oſſicula per abſceſſum umbilici prodeuntia.

1717. D. Nebel in E. N. C. Cent. VI. Obſ. 52. hiſtoriam graviditatis abdominalis ſub hoc titulo narrat: „Sceleton foetus humani a matre jam per tres annos in utero (!) citra ſanitatis diſpendium geſtatum." Suus ex filio nepos finem hujus geſtationis in Com. Acad. Theod. Palat. Vol. II. p. 403. commemorat ſeq. ſub titulo: „foetus oſſei, per LIV annos extra uterum in abdomine detenti, hiſtoria." In relatione anatom. ſectionis perſuadere vult, veram fuiſſe graviditatem abdominalem, nam dicit: „Uterus, quo ad habitum externum, nihil peculiaris monſtrabat: poſtica pars paullulum erat inflammata; ceterum eadem fuit magnitudo, craſſities, denſitas, quae vetularum utero naturalis eſt: bina ovaria illaeſa, tubae Fallopii integrae, immo lociniae conſpiciebantur." „Utero aperto, omnia plane naturalia et in nulla parte nequidem cicatricis veſtigium inveni." Sed avi relatio huic non reſpondet: quod et notat Cl. Walter in Libro: Geſchichte einer 22jährigen Frucht, p. 6. Avus inter alia refert: „Inſtante partus legitimo tempore, vividum et moventem ſeſe in utero foetum excludendi niſus ſenſit, paullatim ob tardius accedentis et minus exercitatae obſtetricis negligen-

tiam matrisque languorem diminutos, ac tandem poſt aquarum ex utero profluxum cum foetus motibus prorſus ceſſantes, ſuccedente totius corporis horrore atque frigore cum ſenſu ponderis in infimo ventre, quando ſe in dextrum vel ſiniſtrum latus inclinabat. Sequentibus ſeptimanis foetidus et ſanguinolentus ichor cum membranarum fibrarumque corroſarum fruſtulis per muliebria effluxit et abdomen cum mammis ſenſim detumuit."— Hoc luculenter innuit, non veram, ſed falſam hanc fuiſſe graviditatem abdominalem.

1721. Seb. Melli La comare levatrice, iſtrutta nel ſuo uffizio 4. Venez. p. IV. de foetu retento et ex abſceſſu poſt aliquot annos educto.

1722. M. Preussii Obſ. in E. N. C. p. 21. Cent. IX. et X. Foetus uterum disrumpens, et poſt mortem ſui et matris, in abdominis hujus cavo deprehenſus.

1726. C. F. Pistor foetum e rupto utero in abdomen prorumpentem exhibuit 4. Argentor.

1727. Giov. Dom. Santorini Iſtoria d'un feto, eſtratto felicimente intero dalle parti deretane 4. Venez. Foetus, per XX. menſes geſtatus, dum alter interim ab eadem femina conceptus et abortu redditus eſt: denique tumore maximo oborto per anum extractus. Santorini ipſe putat (p. 28. § XXV. et ſeq.), graviditatem primum tubariam fuiſſe, poſtea mutatam in abdominalem. Eandem hiſtoriam deſcribit Nic. Patuna in libro: Relazione intorno al cadavere d'un feto, che doppo eſſe naſcoſto nel ventre della matre per vinti meſi, fuda lui cavato della parte poſteriore, eſſendo reſtata viva e ſana la madre medeſima. 8. Venez. 1727.

Eodem anno I. B. du Bois et Boger Diſſ. Ergo foetus extra uterum genitus, ſalva matre, poteſt excludi. 4. Pariſ. Exempla partuum ventralium, aut per anum editorum, etiam inciſo ſphinctere.

Eodem anno I. E. Tuerk Hiſtoria mulieris, varia oſſa per alvum dejicientis. 1727. Utrecht. 4. „Primis menſibus ſatis bene ſe habet gravida: venter more ſolito feliciter intumeſcit et foetus plurima vitae indicia edit; ſed menſtrua ſolito tempore prodeunt, tumor iterum decreſcit et denique gravida per anum oſſa parit.

1728. M. A. Cappeler in Büchneri Miſcell. phyſ. math. A. 1728. Erf. 4. 1732.

1729. I. C. Becker Paedoctonia inculpata ad ſervandam puerperam. 4. Gieſſ. Oſſa foetus, alvo educta.

1732.

1732. Jos. Biener Obſerv. de ſceleto foetus, viis inſolitis excluſo. Com. litt. Nor. ann. 1732. p. 2. Per muliebria fluxus ſaniei cum intolerabili foetore et unguibus foetus obſervabatur et poſt IV menſes ſcapula et tunc alia oſſa foetus per regionem umbilici prodibant.

1738. W. Giffard Phil. Tranſact. n. 416. p. 435. foetus per anum eductus, funeſto quidem eventu, in tuba, ut videtur, conceptus.

Eodem anno Fr. Mauriceau in libro: Obſervations ſur la groſſeſſe et l'accouchement des femmes T. II. p. 206. Obſ. CCLI. hiſtoriam, etiam huc ſpectantem, narrat ſub titulo: D'une femme, qui mourut en traivail avec ſon enfant dans le ventre, par l'ouverture du corps de laquelle, après ſa mort on trouva cet enfant au milieu des boyaux etant ſorti de la matrice par une rupture, qui s'y etoit faite.

1738. Joh. Fantonus in opuſculis medicis et phyſiologicis 4. Genevae. Foetus per abdominis abſceſſum exiens.

1739. G. King in Medic. Eſſays and obſerv. of a Society at Edinburgh. T. V. n. 38. agit de puero, partim per inciſum abdomen, partim per alvum excreto.

1741. Jo. Copping in Phil. Tranſact. n. 461. p. 814. memorat foetum, ex abdominis abſceſſu exciſum.

1741. Jo. Bapt. Bianchi in tentamine de naturali, vitioſa morboſaque generatione (Genevae. 8.) plures compilavit hiſtorias ex ſcriptis aliorum de partu vel per umbilicum, vel per anum. Vid p. 102, 108, 112, 149, 177 &c.

1741. Fr. Simon in Phil. Tranſact. n. 477. p. 522. ſcribit de foetus oſſibus, per anum egeſtis.

1741. Jo. Still. Winthrop l. c. n. 475. p. 304. habet ſimile exemplum.

1742. Rouhault in opuſculi ſcientifici T. VI. 4. mentionem facit foetus ventralis.

1743. Corn. Trioen in Obſerv. Chirurg. faſciculo (4. Leidae.) refert partum ventralem, peritonaeo inciſo, eductum.

1744. Ph. Sam. Giering in Select. Francof. oſſa foetus per anum excreta adſtruit.

1744. Spoering et Mounsey. in K. Sev. Wet. Acad. handl. referunt de femina, per XIII annos foetum in alvo geſtante et inciſo abdomine liberata. Effluxus autem liquoris amnii et haemorragia e muliebribus veroſimile faciunt, foetum primitus utero inhaeſiſſe.

1746.

1746. Guillerme in Hiſt. de l'Acad. des Scienc. 4. p. 44. (8. Amſt. 1755. p. 63. VII.) agit de foetu per anum reddito.

1747. Starkey Middelton Phil. Transact. n. 484. p. 617. De graviditate abdominali, (quam primum fuiſſe graviditatem tubariam, maxime veroſimile eſt), durante 16 annos; at quin mulieri impedimento fuerit, quominus quatuor liberos viventes pareret.

1747. Fr. Drake l. c. n. 485. p. 121. De abſceſſu circa umbilicum, quo prodierint oſſicula foetus.

1748. Salvator Morand in Hiſt. de l'Acad. des ſcienc. 4. p. 52, (8. Amſt. p. 73 ſeq.) De foetu, qui 31 annis in utero materno retentus, totus duro involucro obductus fuit. „A l'ouverture du cadavere, on trouva dans le bas ventre une maſſe ovale, „groſſe comme la tète d'un homme attachée l'epiploon, au pèritoine, et qui ſem„bloit partis de la trompe droite."

1750. Abr. Titsingh Diana ontdekkende het geheim der dwaazen dielig vroedmeſters noennen, 4. Amſt. Feminae, quae absque partu foetum retinuerat, et quinquies iterum conceperat, enata eſt fiſtula, per quam dilatatam foetus nonnihil corruptus extractus eſt.

1750. T. Debenham Phil. Transact. Vol. 47. p. 92. de oſſiculis foetus per muliebria et umbilicum prodeuntibus.

1752. J. Fatio helvet. vernünftige Wehmütter p. 197. foetus rupto utero in cavum abdominis fuſus, ſed primum ſub labore partus.

1754. Piet. Paol. Tanaron Trattato di Chirurgia Vol. II. 4. Florenz. Corrupti et putridi foetus in ventrem effuſi felix exciſió, a Chirurgo Metivier perfecta.

1754. Collin Journal de medicine T. IX. de foetu retento, cujus oſſa quarto anno ex abſceſſu abdominis prodierunt. Cf. medic. Wahrnehm. Vol. IX. p. 115.

1754. G. Smellie a Collection of Caſes and obſervations on Midwifery. Lond. 8. Oſſa foetus per anum decedentia.

1755. C. F. Daniel Beiträge zur med. Gelehrſamkeit 4. Halle T. III. n. 13. oſſa foetus per inteſtinum rectum prodibant.

1756. H. N. Cranz Commentar. de rupto in partus doloribus a foetu utero. Vienn. 8. Ipſe foetum in ventre vidit utero rupto. Conf. med. Wahrnehmungen Vol. V. p. 496.

1756. Hiſtory of the royal ſociety et London abridgd T. I. p. 72. (4 Lond.) Feminae hiſtoria, quae XVIII annos foetum geſtaverat, interim pepererat, denique oſſibus foetus per ſubnatum abſceſſum ſe liberavit.

1756. Alex. Monro. Eſſays and obſ. phyſical and litterary read. before a ſociety in Edinburgh T. II. 8. Edinb. p. 339 de foetu per ruptum uterum in abdomen elapſo. Cf. med. Wahrnehm. Vol. IX. p. 246. Etiam de foetu ex ruptura ventris ſub umbilicum prodeunte l. c. p. 338. et in libro med. W. p. 376.

1756. Bochard Journ. de medicine T. V. Foetus mortuus, XXVII. menſes geſtatus, per umbilicum eductus. Cf. med. Wahrnehm. Vol. V. (8. Strasb, 1761.) p. 459.

1756. Herissant in Hiſt. de l'Acad. pag. 52. in 4. de foetu, per XXVII. menſes geſtato, demum per ſectionem caeſaream educto.

1760. J. Bard Med. obſerv. and inquir. T. III. De foetu ex abdom abſceſſu exciſo felici eventu.

1761. de la Vergne Journ. de medicine Vol. XIV. p. 440. Foetus per XXIX menſes geſtatus et per umbilici ulcus extractus.

1764. L. B. F. Lentin obſervat. medicarum Faſc. I. 8. Wolfenb. Veſtigia foetus per abdomen egeſta, ſubnato abſceſſu, poſtquam congenitus tumor ſe extulerat.

1765. Barthol. Patuna Epiſt. ad Morgagnum, continens hiſtoriam foetus, extra uterum inventi, placenta intra uterum haerente. Vienn. Utero incolume, foetus in abdomine funem umbilicalem ad tubam Fallop. propagabat.

1765. Gulat. v. Doeveren obſ. acad. ad monſtror. hiſt. anatomiam, pathol. et art. obſt. praecipue ſpectantes. Gröning. 4. Uterus ruptus et foetus in ventrem erumpens.

1767. W. Hay in Medical obſerv. and inquir. 8. Lond. Foetus extra uterum, et placenta intus inveniebatur.

J. A. Ridder obſerv. rar. de foetu ſeptem menſium, per inteſtinum rectum, matre ſalva et ſuperſtite, exciſo.

1770. J. Brugmanns in Verhandelingen der hollandſchen Maatſchappy T. XII. 8. Harlem. De oſſibus foetus, diu retenti, per anum abſcedentibus.

1773. Chamoux Journal de medicine etc à Paris T. XXXIX. de foetu IV. menſium et ovario in ventrem effuſo et poſt annos per alvum excreto. Cf. Cl. Richteri, Praeceptoris venerandi, Bibl. Chir. T. II. P. IV. p. 43.

1774. Th. Percival Medic. and philoſ. Commentaries, Vol. II. P. III. Poſt XXI. annos foetum per alvum vidit egeri.

1785

1785. Varnier Journal de medicine T. LXV. à Paris. 8. De duplici abdom. graviditate. Poſt mortem matris et poſt XXX. annos, ubi mater dolores ad partum et haemorrhagiam uterinam paſſa eſt, bini foetus in ventre matris inveniuntur: alter cum fune umbilicali et placenta in maſſa oſſea involutus, alter cum tunicis ſuis magnitudine ovi gallinacei non procul a foramine ovali, quod uterus ſiniſtro latere oſtendebat. Cf. Cl. Richteri Bibl. chir. T. X. p. 343.

Chambon de Montaux Arzt für Schwangere, cap. 35. p. 223. (8. Bremen 1792.) De rupto ſub partus labore ovario et foetu in abdomen effuſo.

§. XXIV.

Cauſſas, quae uteri rupturam efficiant, perbene collocatas habes in Joſephi Diſſ. citata §. IV. et §. VIII. de iis, quae ad rupturam tubae et §. X. quae ad ovarium disrumpendum conferunt.

§. XXV.

Signa uteri rupti diagnoſtica ſunt certiſſima. Saepenumero haemorrhagia e muliebribus cum mutato ventris tumore, („uterus ante repletus tumidusque repente fit inanis"): ſubita ceſſatio veri partus doloris: foetus in abdomen deſcenſus et alia ſymptomata varia, cum narratione aegrae conjuncta, dubio nos eximunt. Non ita ſe habent ſigna tubae ruptae diagnoſtica: conjectura veroſimilis hic tantum ex praegreſſis et dein exortis ſymptomatibus colligitur.

§. XXVI.

Nunc ad hiſtorias, de vera abdominali graviditate differentes, me converto. Quid ſub notione verae abd. graviditatis intelligam, antecedentia docent.

§. XXVII.

Primam, quam jure huc referas, hiſtoriam inveni in Miſc. N. C.

1673. Fr. Bouchardi Obſ. de infante, a morte matris in ventre poſt graviditatis annos XVI, et quod excurrit, reperto. l. c. ann. tertia, obſ. XII. p. 15. Mater nil niſi conſuetos partus dolores paſſa, ſed ſub incredibili totius abdominis diſtenſione ita eſt emaciata, ut ſceletum referret et denique febre lenta et diarrhaea fato fungeretur. Enarratio anatom. ſectionis quam maxime quidem incompleta eſt: quum nil referat, quam quod foetus, apertis integumentis, ſtatim oculo ſe obtulerit, eductis libris

XVI. ſeroſi, ſubcrocei, ſed minime foetentis humoris; et quod vaſa umbilicalia, in extremitate occluſa, trium duntaxat digitorum latitudinem aequaverint: (nil de placenta, nil de utero ejusque annexis!) Attamen non poſſum, quin graviditatem hanc inter veras abdominales collocem ob abſentiam tum haemorrhagiae uterinae, tum dolorum ſaeviorum et ob brevia et occluſa vaſa umbilicalia.

1695. Monconys Voyages, à Paris 8. p. 457. „Une femme ſans pouvoir accoucher mourût: on lui truva un fort beau garçon formè entre la matrice et l'inteſtinum rectum, ſans que la matrice fût en aucune maniere percèe."

1696. Recit exact d'une groſſeſſe extraordinaire, obſervèe à l'Hôtel de Dieu de Paris, en l'annèe 1696. Cf. Dionis l'anatomie de l'homme, à Paris, 1716. 8. p. 314.

Plura ſunt, quae graviditatem hanc abdominalem inter veras eſſe numerandam, evincunt. Situs foetus in abdomine, dum inſpiceretur cadaver, inventus; placenta meſenterio, epiploo et tubae adnexa; uterus cum adnexis in ſtatu naturali et virgineo; omnis e muliebribus abſens effluxus: et denique gravidae erga obſtetricem effatum: „elle lui dit, ait Dionis, que des les premieres ſix ſemaines, qu'elle ſe connu groſſe, elle entra dans des douleurs auſſi grandes que continuelles, qui ſe terminoient toutes vers l'ombilic; que ces douleurs durerat jusqu' au troiſieme mois et que depuis juſqu'au ſixieme mois, elle avoit ètè agitèe de convulſions et d'eſpeces de lètargies, etant Souvent tombèe dans des foibleſſes et des dèfaillances extremes." — Status hicce, ſtatim a primordio graviditatis ortus cumque ceteris nominatis comparatus, luculenter, ni fallor, veram graviditatem abdom. innuit. Non minoris etiam ponderis hic eſt deſcriptio, quam autor de ſtatu tubarum offert. „La trompe droite, inquit, ètoit bouchèe par le retreciſſement et le reſſerrement qu'elle ſouffert un peu au deſſus de l'endroit audevoil commencer le pavillon — l'envelope du foetus peu èpoiſſe ſ'etendoit, depuis la trompe droite dont on la dètacha, juſqu'au milieu de la trompe du côtè gauche où on en trouva une portion, qui ſ'y etoit collèe."

1709. J. J. Courtial nouvelles obſervations anatomiques ſur les os, à Leide. 8. p. 86. Enfant trouvè hors de la matrice. Puerulus maturus et bene nutritus, ſectione caeſarea inſtituta, in abdomine ſitus inveniebatur: placenta, vaſis ſtomachi et epiploi adnexa atque uterus cum ovariis et tubis in ſtatu naturali erant.

1714. P. B. Calvo Mem. de l'Acad. 1714. Lettera iſtorica di Paolo Berhardo Calvo etc. Torino 1714. (ad Anellium) Vid. etiam

Bianchi de naturali in h. c. vitioſa morboſaque generatione hiſtoria. Genev. 8. 1741. p. 84. Femina Taurinenſis, XXVI aetate annorum, jam dudum a ventre, maximeque ab umbilicali ſede impenſe non aſſidue dolebat. — Tumor ventris ſuperiora ſolum loca, potiſſimum umbilicalia, occupaverat, vacua relicta hypogaſtrica ſede. Cum poſt nonum graviditatis menſem crutiatus ſaeviores ſentiret, ſe partui proximam putans, obſtetricem accerſiri curat, quae aſperius, quam decuiſſet, obſtetricari niſa eſt: multa diuturnaque ex muliebribus ſanguinis effuſio ſucceſſit; vomitus acerrimi cum nauſeis perpetuis plerumque inanes; cardialgiae, ſpirandi difficultates, ardentiſſima febris etc. — Plurimi medici conſulti, graviditatem pro ventrali agnoſcentes, tantum partum caeſareum ſupereſſe judicabant, ſed quin promoverent: — febris acutior ardentiorque fit; halitus oris teterrime faetet et aſſiduus ex utero liquaminis cadaveracei odoris fluxus animadvertitur: quae omnia non ſolum foetum mortuum eſſe, ſed etiam ejus communicationem cum uterinis partibus indicant. — Haec et anteriora (effuſio ſanguinis e. g.) me primitus inducebant, ad caſum hunc graviditatibus abdom. falſis accenſendum; ſed relatio anatom. ſectionis ac delineatio, tabulis aeneis oblata, errantem revocarunt. Placenta quippe inteſtinis tenuibus erat adnata atque hoc ipſum eſt, etiam ex ſententia Cl. A. G. Richteri, Praeceptoris ſemper venerandi, ſignum indubium verae graviditatis abdom. Equidem in Bibl. ſua Chir. Vol. X. p. 345. dicit: Im erſten Fall (wo die Frucht während der Empfängniſs in die Bauchhöle fiel) ſizt die Nachgeburt immer am Meſenterio oder irgend einem Darme. — Quomodo vero, fortaſſe interrogas, explicabis fluxum uterinum et haemorrhagiam? — Ex connexu et obliquo aſcenſu ad marginem placentae, quem, teſte Bianchi faciebat tuba ſiniſtra, dilatata ſuo aperto tentorio deductisque fimbriis, atque ex nexu illius deſiderato cum uteri fundo, quum nempe utrique parti (utero et placentae) tenue interpoſitum eſſet inteſtinum. Bianchi l. c. pag. 93.

1717. Louis Leger de Gouey La veritable Chirurgie, à Rouen. 8. p. 401. Obſervation d'une jeune Demoiſelle, à laquelle on trouva un petit foetus dans une tumeur, qui lui ſurvint à l'Aine. Autor, hunc tumorem ſe primum pro bubone venereo habuiſſe, ipſe fatetur; ſed tumore, quin doleret, increscente, D. de Gouey operatio-

nem

nem bubonoceles inſtituit. Invenit tum ſacculum et in eo puerulum duos ſ. tres menſes poſthaec viventem. Placenta, dicit: etoit attachè à la circonferance de l'anneau du muſcle oblique externe et aux parties voiſines. Autor ipſe graviditatem hanc pro vera abdominali habet, dum dicit: Il y a apparence, quae cet oeuf avoit ſorti par la diſtance, qui ſe trouve entre les dentelures de la trompe, lorſque l'ovaire en ètoit embaraſſe et qu' aprés etre tombè dans l'abdomen etc. — Sed dubito, an hiſtoria ipſa veritati plane reſpondeat.

1716. M. Martin, le Fils. Hiſt. de l'Acad. des Sciences, à Paris 4. (Amſt. 8. p. 32.) Une femme ceſſa d'avoir ſes regles, et eut des vomiſſemens et des coliques que rien ne gueriſſoit. Son ventre s'enfloit de jour en jour et elle y ſentoit comme un corps vivant, qui s'agitoit et ſe dèbatoit, il ètoit cependant incertain, qu'elle fût groſſe, parceque l'enfant s'il y en avoit un, n'ètoit certainement pas dans la matrice. Au bout d'environ neuf mois de ſouffrances elle en eut de plus vives que jamais; aprés quoi elle ne ſentit plus les mouvemens de ce prètendu corps vivant; mais les vomiſſemens accompagnès d'un cours de ventre continuel continuerent encore ſix mois, au bout deſquels elle mourût. M. Martin l'ouvrit et comme il la croyoit hydropique, il fit d'abord la ponction au ventre, d'où effectivement il ſortit XII. pintes d'eau rouſſe ſans odeur et pas trop trouble. Mais aprés cela il trouva un enfant de IX. mois, qui occupoit tout le côtè droit du ventre. — Le cordon ombilical n'avoit de long que XIII. pouces et partoit a l'ordinaire du placenta, qui par un nombre infini de rameaux et de fibres s'attachoit ſur la I. II. III. vertebres des lombes. — La matrice et les trompes en bon ètat."

1727. J. E. Tuerck Hiſt. mulieris, varia oſſa per alvum ejicientis. — Vid. Halleri Diſſ. med. pract. Vol. IV. p. 793. Autor quidem caſum hunc, et cum illo etiam Joſephi ad veras abdom. graviditates numerat; ſed hiſtoria geſtationis ita manca eſt, ut ſolummodo liceat auctorem ſequi.

1730. Jo. Jac. Grambs Anatom. Beſchreibung eines monſtröſen Gewächſes, welches in dem Leibe einer Frauen von 53 Jahren an ein gewiſſes Stück des meſenterii angewachſen und 18 Pfund ſchwer ausgewachſen gefunden worden. Frankf. 4. — Dentes, capilli et oſſiculum maxillae, infantili ſimile, originem molae hujus oſtendunt, et opinionem, ac ſi mera excreſcentia fortaſſe fuerit, tollunt. Uterus cum adnexis in ſtatu naturali inveniebatur. §. 9.

1737. Fr. Ign. Lospichler in Act. N. C. Vol. iv. p. 89. De gemellis utriusque ſexus, per ſex annorum ſpatium in abdomine matris extra uterum absque ulla corruptione geſtatis. Ex anatom. ſectione ſequentem hiſtoriam ſolummodo allego: „Uterus quidem naturalis erat, plane conſtitutus, niſi quod ratione magnitudinis admodum exiguus deprehenderetur. Peritonaeum vero, extremas inteſtini recti, veſicae et uteri partes ambiens, undique gangraena tactum, obſervabatur etc.“

1743. W. Bromfeild Phil. Transact. n. 460. p. 697. Foetus, quem cum IX. annis femina geſſiſſet, apparuit in ventre adoleviſſe: conjunctus cum colo et inteſtino recto inveniebatur: uterus et tubae incolumes erant.

1767. C. Kelly medical obſerv. and inquiries, Lond. 8. De foetu, extra uterum reperto. Placenta, inſignis molis, peritonaeo erat adfixa ad dextram abdominis ſedem, et tamen foetus durante ipſo enixu vixerat.

1778. J. G. Walter Geſchichte einer Frau, die in ihrem Unterleibe ein verhärtetes Kind 22 Jahr getragen. 4. Berlin, mit Kupf.

